

fit propugnatores; & cum illi impia  
facundia abusi frangant in rem sacram  
genuinam, tu unus opus edideris, quo  
rem sacram omnibus (ut dici solet) ner-  
vis attollendam, excolendamque pro-  
curaveris sancto consilio, eventu felicior-  
re; cum dictitent, qui legere, si rem quæ-  
ramus, nihil, nisi Christum, atque ejus  
Sponsam sonare; si pietatem, undique  
religionis enitere studium; si judicium,  
nihil ungue signandam relinquere; si fi-  
guras, artisque conatus, veterum va-  
tum nulli cedere, multos antecire. Gra-  
tulamur itaque tibi, quod tantum unus  
prestes, quantum antea nemo Ecclesiæ;  
quod cum vexetur, lancineturque ab  
aliis, à te uno in Cœlum efferatur, no-  
stro seculo, quod fiet tui carminis luce  
celeberrimum. nobis denique ipsis, qui-  
bus imminente hinc Goliade armato,  
hinc Saule à furiis agitato, affuerit pius  
David illum funda à temeritate, hunc  
Iyra à furore compefcens. Hortamur  
itaque te, jam opus edas, ut qui dolent,  
cum illa legunt, quæ adverfus pieta-  
tem venena ficti Christiani evomere,  
ad tua conferant sese, quæ veluti præ-  
tens antidotum sint opposituri. Tu ita  
tibi persuadeas, volumus, nos te, & tua  
omnia perinde, ac nostra complexuros  
esse, nec nos, nec hanc Sanctam Sedem  
unquam tui vel affectus, vel operæ im-  
memores futuros. Datum Romæ apud  
Sanctum Petrum sub Annulo Piscato-  
ris. Die vi. Augusti M. D. XXI. Pon-  
tificatus nostri Anno ix.

B E M B V S.

Per Favonium de Mandato.